



27 *Vbi vero non ingeritur pena.* Adde, quod licet pena sit pecuniaria, reus tamen non erit fideiusforibus relaxandus, si ipse a principio carcerari uoluit, & postea in fine, quando sententia est ferenda, uellet dare fideiussorem, Angel. in l. nullus, C. de exhib. reis. Et quid si dicta fideiussio data, fuerit coram vno iudice, an operetur, si per alium iudicem iudicatum fuerit, late per Gabriel. comm. conclus. libr. 3. tit. de fideiuss. conclus. 4. vide etiam Couar. in cap. requisisti, num. 6. de test. ubi tenet, quod dicta fideiussio durat coram iudice, etiam quod expresso nomine ipsius iudicis data fuisset.

28 Item adde, quod quando reus testis indicatus ad torturam, non est relaxandus fideiusforibus, etiam quod agatur de pena pecuniaria, Bald. in l. si quis post, ff. de testam. & Far. in q. 33. numer. 38. & sequ. ubi num. sequenti dicit, similiter testis torquendus fideiusforibus relaxari non debet.

30 Item adde, si reus sponte confiteretur delictum, etiam quod pena esset pecuniaria, fideiusforibus non esset relaxandus, Bald. in l. nullus, C. de exhib. reis, & Marfil. in pract. crim. in §. attingam, num. 3. & Gramm. in cons. 55. num. 8.

31 Item adde, quod si carceratus ex delicto, pro quo fideiusforibus esset relaxandus, si alias de carceribus aufugisset, amplius non esset relaxandus, sed diligenter custodiendus, quia perdit beneficium l. i. ff. de custod. reorum, ita tradit Marfil. in l. maritus, col. penult. ff. de q. & Ang. ad Aug. in uerf. pro quibus Antonius, in princ.

32 Item adde, quod si liberandus fideiusforibus cautioni, potest sine iniuria detineri in carcere, ut socios manifestet, uel quid aliud, ubi de socijs interrogari possit, Patil. de syndic. in §. carcer. & carceratus, uerfic. quarto si est factum delictum.

33 Item adde, quod si captus in flagranti non est relaxandus fideiusforibus, licet pena delicti esset pecuniaria, secundum Marfil. in pract. crim. in §. attingam, numer. 3. & Grammat. in consilio 35. numero octauo, quos sequitur Carauit. in ritu 41. in fin.

34 Item adde, quod pena corporali in pecuniaria defectum condemnandus fideiusforibus est relaxandus, ut per decision. Pedemont. 18. ubi datur forma fideiussionis praestanda. Vide etiam Aretin. in tract. malefic. in uerb. pro quibus, & quolibet eorum, ubi dicit, quod est relaxandus, quando est tale delictum, ex quo non uenit principaliter, nec in defectum, uel in quandam consequentiam pena corporis afflictiva imponenda.

35 Item adde, quod si accusati de falso in carceribus ius dicere debent, etiam si pena pecuniaria uenirent puniendi,

Grammat. cons. 109. ciuili. col. 2. Marfil. in pract. in uer. attingam, num. 8. & Foller. in sua pract. crim. 2. par. uerfic. examinati, num. 19. & hoc procedit similiter, si statutum puniet testem falsum in libris mille soluendis infra decem dies, alias ei manus dextra amputetur. Magon. in decis. Lucens. 32. & ibi, numer. 22. respondet ad Castren. in consil. 328. uol. 2. & si carceratus pro crimine falsi fuisset relaxatus cum cautione, parte non citata, est reuocandus ad carceres, ut late per Dec. in consil. 143. per totum, quem sequitur Ferrar. Gargia. in consil. 125. numer. 25. uol. 1. inter consil. crim. diuers. sed ad hanc materiam. quando carceratus sit fideiusforibus relaxandus; & fideiussore non existente (soluendo, si an iudex, uel notarius pro eo teneatur, uide omnino Farina. uar. quaest. in quaest. 33. per totam, ubi multum diffusè hanc materiam tractauit. Baiard.

*Solent etiam plerumque iudices.* Effet impij hic recensere de Barrabà dimissio in Pascale festo, de quo legitur in passio- ne Dominica, hic tamen usus etiam ante apud Romanos extitit, unde Liu. lib. 5. Dec. 1. iniurijs, ac litibus temperatum, uinctis quoque dempta in eodie uincula. Drogh.

*Solent etiam plerumque iudices.* Adde, quod talis relaxatio fieri potest, etiam nondum publicato processu, ut per Franch. Mar. in decision. 796. & de ista relaxatione uide etiam Menoch. de arbitr. iudic. casu 303. numer. 38. & Far. in q. 33. nu. 77. ubi de consuetudine urbis attestatur. Baiard.

*Detentos relaxari.* Quid de reo criminis falsi, uide per Menoch. cas. 302. in fi. Item quid de eo, qui eam ob causam semel fuit ex carceratus, ibid. Giach.

*Pariter etiam.* Farin. in d. q. 27. numer. 147. qui ait iudicè, qui detinet relaxandum, uel relaxat detinendum, puniri etiam ad damna. & quaest. 33. numer. 707. Ros.

*Carauita super ut. 40.* Magna curia. Adde, quod Carauit. in dict. ritu 40. dicit, quod in regno contrarium seruatur, & ibi attestatur, quod ipse non potuit obtinere liberationem sub fideiusforibus, etiam quod constaret de innocentia rei. Baiard.

*Nihilominus practica obseruat.* Adde infra q. 63. uerfic. illata reo, ibi, debetque hoc casu. Marfil. rubr. de fideiuss. num. 219. Drogh.

*Hoc autem relaxatio.* Adde, quod si liberatur ante sententiam, & pars post sententiam appellaret, remaneret in libertate, sed quando fertur sententia, & reperitur carceratus, & appellatur, tunc pendente appellatione non liberatur. Rom. sing. 496. accusatus. Baiard.

Præterea

*Præterea scias.* Adde infra quaest. 83. uerfic. & nota ad med. Drogh.

*Eludere.* Millesin sua pract. uerb. denunciauerunt, in 65. fol. mihi 12. Carau. ritu 159. n. 5. Refl.

*In dubio autem.* Adde hoc esse arbitratium iudicis, qui habet considerare qualitates delictorum, & personarum, facultatum, & aliarum circumstantiarum, ita dicit Iodoc. in c. 20. qui ad hoc ponderat text. in l. i. ff. de custod. reorum, & Menoch. de arbitr. d. cas. 303. n. 2. Baiard.

*Potest autem Iudex.* Farin. d. q. 33. nu. 69. uol. 1. Ros.

*Ceterum debet Iudex.* Farin. d. quaest. 33. numer. 82. & seq. uerfic. 91. Ros.

*Ceterum debet Iudex.* Adde, quales debent esse isti fideiussores, qui ad presentandum inquitum praestantur, ut per Afflic. in constit. humanitate, num. 4. cum sequ. Cassan. super consuetud. Burg. ut de iustices, rubr. 1. §. 5. numer. 171. Carau. in rit. 190. & Cauen. in rit. 135. & per Cassan. in loco supradicto habetur, quod talis fideiussor non potest dare fideiussorem, si Iudex nolit recipere, & an Iudex, aduocatus, & procurator possint esse fideiussores pro clientulis suis, Boer. dec. 315. nu. 2. Nec carceratus alium in eius locum ponere potest puta, patrem, filium, fratrem, uel alium conuinctum, quia liber homo non potest se obligare pro obfide, nisi pro publica utilitate, non autem pro priuata: ita Afflic. in constit. humanitate sub num. 54. lib. 2.

Item adde, quod si Iudex maleficiorum acceptauit fideiussores non idoneos, & captum relaxauit, poterit tamen iterum capere reum, & facere, quod alios praestet fideiussores, quibus praestitis nihilominus etiam primi fideiussores remanent obligati. Bald. in l. i. ff. si quis in ius uocatus non ier. quem sequitur Aug. ad Aret. in uerb. fama publ. c. 11. & Marfil. in rub. de fideiuss. n. 75.

Item adde, quod si quis dederit fideiussorem idoneum, qui postea factus sit pauper, & non soluendo, iterum poterit cogi ad praestandum fideiussorem idoneum, si dicta fideiussio fuerit data ex officio iudicis, Marfil. in rub. de fideiuss. n. 74.

Item adde, quod carcerati possunt ad inuicem fideiussore, Barr. in l. Romanus, ff. de tutor. & curat. dat. & quotidie ita seruari attestatur Carau. in rit. 160. in fin. quando sunt facultatibus idonei, & dicta fideiussio, qua datur ad inuicem inter inquisitos, dicitur fideiussio curiae, ut per Carau. in rit. 163. n. 1. Sed Iod. in pract. crim. c. 20. n. 15. f. 69. tenet, quod liberabit in paruis delictis ciuilitat. intentatis. Baiard.

*Sed certe in hoc Ducatu.* Adde supra q. 26. in princip. quaest. 31. uerfic. scienter, & dolose; Notarius enim fideiussionem ab eo receptam approbare uidetur, ut hic, & ideo tenetur, ut per Marfil. rubr. de fideiuss. n. 73. arg. l. 1. §. ff. Magistratus, ff. de Magistr. conuen. & alibi seruatur, ut deputati approbent talem fideiussionem, Marfil. ubi supra num. 345. imo pater pro filio Notario tenetur, cum assumitur filius ad aliquod officium scienter Patre, Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. centur. 4. casu 345. numer. 8. & hoc stante, male poterit practitari, de quo in l. si uero, §. qui pro rei, ff. qui satisfar. cog. de quo per Alexandrum. consilio 37. volum. 2. eo quia Notarij fideiussionem assumentes dicuntur idonei, & approbati, ut hic; Quod autem remedium competat creditori reperto fideiussore non idoneo, uide Angel. & Paul. de Castro in l. i. coll. 1. ff. si qui in ius uoc. non ier. referes te Torniola Cremenf. consil. 9. sub numero 52. part. 1. At in proposito talium Notariorum, qui notarij in hac temporum calamitate solent esse non notarij, sed Iudices, penes quos scribere deberent secundum Innocentium, & alios in cap. quoniam contra, extra de probation. Marant. in suo Specul. part. 6. nona dysfunctione titu. aliud ordinarium, aliud summariu, num. 201. & ita ducunt, (vulgare proverbium) Iudices per Nasum; audi, quid in vita Catonis scripserit Plutarchus. Itaque postea huiusmodi Magistratus inens magna fecit conuersione ministroru, & scribaru, qui ordine uerfabatur, qui cum leges & public. scripturas in manibus haberent, homines adolescentes, qui eum Magistratum gerebant, ita gubernare soliti erant, ut ipsi plane Magistratus essent. De origine autem Notariorum, & unde nomen sumpsissent, sic in eiusdem uita scriptum est postmodum; Hanc solum Catonis Orationem seruata seruunt, Cicerone Consule velocissimo scriptore deponente, atque docente; ut per signa quadam paruas, breuisque notas multarum litterarum vim habentes dicta colligerent. Nondum enim reperti erant li, qui notarij appellarentur; sed tunc eius rei uestigium ferunt extitisse, unde Martial. libr. 14. Epigr. 208. de Notario; Currant uerba licet, manus est uelocior illis, nondum lingua suam, dextra peregit opus. Vide quae de Notarijs dixerim, infra ad quaest. 35. uerfic. Quintus, quaest. 31. uerfic. Scienter. & q. 26. in princ. Drogh.

*Sed certe in hoc Ducatu.* Farin. q. 33. numero 88. & sequenti. Refl.

*Sed certe in hoc Ducatu.* Adde quod notarius, qui accepit

M m cepit